Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



bus ornatus· ne ociosus ita torpere· quia otium uirtu
tes eneruat· uirus alimenta ministrat· æ ociositas inimi
ca est animę· ne desidia segnis redderetur· causa exer
citationis lustra ferarū circuire· æ eas aut canū sagaci
tate capere aut cassium nodis nitebatur· Ea tempestate reg
num francorū pipinus strennue gubernabat· cui hic
uir ses militari officio coniunctus inseruiebat· Qui pi
pinus ante quā regalibus insigniret fascibus· maior
domus ideo cognominabat· quia qui palatio adherebat
æppuintias iura dabant· cum eius consilio quę agenda
erant· regni gubernacula adminustrabant· Hic beatissi
mū hunc de quo loquim gengolfum inter fortissimos ex
ercitus sui deputabat· quia erat acer animo· fortis ui
ribus· strennuus inarmis· æ omni militari exercitio in
structissimus· Cui rei indicium pate fecit insignis eius ar
matura quā sacratissima eius illustrat presentia· ubi ha
bentur reposita galea· lorica· gladius ei· æ brachialia·
Qui licæ exterius talium uideretur· habere armorū mu
nimina· interi tamen refulgebant inuictissima arma·
fidei scilicæ galea· iusticię torax· inexpugnabilis equita
tis clippeus· gladiusq; uerbi dei· qui mentis illius secreta
mira ac penetrabili acie acuendo illustrauerat· Quodā
itaq; tempore pacta expeditione inregali seruitio· cum
patriam regredi temptaret· accidit ei iter agere ploca
quę franci campaniā uocant· quia sibi plura telluris
infelicia frondib minime densata· nec saltibus nemo
rosa· cumq; quodā die abstinere diuerticulū cum suis
peteret ut gentaculū sumeret· æ equorū famem pastio
ne solita releuaret· deuenit ad quendam fontem· q